



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 102. Cardinalis Ferrerii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

cellentis, ex Episcopo Eborediensi in Sæcul. XVI.  
ter Cardinales Presbyteros tit. S. Vita- A. C. 1549.  
lis cooptatus. IV. Bernardinus Maf-  
fæus Nobilis Romanus, qui primo Maf-  
fanus Episcopus, postea ad Theatinam  
Archiepiscopalem Sedem translatus  
Cardinalis tit. S. Cyriaci creatus est.

## §. CII.

*Cardinalis Ferrerii obitus.*

**E**x hisce quatuor Cardinalibus nume- *Ciacon. l.c.*  
ro tertius, nomine Philibertus Fer- *p. 727.*  
rierius nonnisi quatuor mensibus purpu- *Aubery vie*  
ræ honoribus fruebatur; quippe eo- *des Cardin.*  
dem, quo creatus est, anno die dēcima *Franc. San-*  
quarta Augusti mortalitatem exuit. Is *sou. Famili.*  
*Ital.*  
erat Joannis Stephani, & Bonifacii  
Ferrerii Cardinalium Nepos, quorum  
prior Anno post Christum natum mil-  
lesimo quingentesimo octavo, alter au-  
tem biennio post fatis functus erat.  
Fratrem quoque habuit Petrum Fran-  
ciscum itidem Cardinalem, Vercellen-  
semque Episcopum, qui nonnisi Anno  
Salutis nostræ millesimo quingentesimo  
sexagesimo sexto morte sublatus est.  
Præterea Philiberti Nepos erat alias  
quidam Cardinalis, qui vocabatur Gui-  
do Sebastiani Romagnani, & Magda-  
lenæ Boromeæ filius, quem Pius V.  
Anno Christi millesimo quingentesimo

B 3

sexa-



Sæcul. XVI. sexagesimo quinto Purpuratorum Col-  
A. C. 1549 legio adscripsit. Ceterum Philibertus,  
de quo impræsentiarum agimus, Vir  
erat moribus admodum compositus, ac  
liberalium artium intelligentia præcla-  
rus, & regebat Eborediensem Eccle-  
siam, cum a Paulo III. purpura dona-  
tus esset, quocirca vulgo Cardinalis E-  
borediensis nuncupabatur: obiit autem  
Romæ immatura morte, sepultus in  
Ecclesia S. Mariæ de Pace, inde vero  
ejus ossa Biellam Pedemontii urbem,  
quæ Joannis Stephani ejus Patrui, ac  
Petri Francisci Fratris illius patrum  
solum erat, translata in tumulo Major-  
rum suorum recondita fuere. Hic idem  
Clusinæ in Senensi Republica Abbatiae,  
necnon cœnobiorum S. Benigni, ac S.  
Stephani Eborediensis Abbas erat, &  
priusquam Cardinalibus accenseretur,  
Sedis Apostolicæ Nuntius ad Caro-  
lum Sabaudiæ Ducem decernebatur.

Hoc item anno adhuc quinque alii  
Cardinales vivis erepti sunt, nimirum  
Hubertus Gambara, Ascanius Parisa-  
nus, Bartholomæus Guidiccionus, Be-  
neditus Accolitus, & Ennius Philo-  
nardus.

§. CIII.